

Primum de generatōe et cor.
E generatione autē
 et corruptione et natura generatorum
 et corruptorum; vniuersaliter de omnibus
 causis diuidendum et rationes ipsorum
 determinandum

Querit primo. Utrum de generabilibus
 et corruptibilibus sit scientia Solo sic. Et ratio
 est quia de illo est scientia cui passio demonstratur inesse per propria et prin-
 cipia necessaria, sed sic est q̄ passiones demonstratur inesse per propria et ne-
 cessaria principia ipsis generabilibus et corruptibilibus, ergo de eis est scientia.
 Maior probatur per p̄m p̄mo posteriorū. Minor probat p̄ p̄m in hoc
 libro de generatōe. vbi p̄bat generatōem et corruptōem p̄uenire oib; que
 cōdicant in materia. que est transmutatōis subiectū

Ad Scientia est perpetuorum et impossibiliter aliter se habentium, ut dicitur p̄
 mo posteriorū, sed generabilia et corruptibilia nō sunt h̄mōi, ergo.
 Solo, dicendū est q̄ licet generabilia et corruptibilia s̄m esse particula-
 re sint p̄tingentia et nō p̄perua, t̄m s̄m esse v̄le sunt necessaria et p̄perua, quia
 ratio mobilitatis immobiliter et necessario eis p̄uenit, et sic ipsis demonstra-
 tur inesse p̄ principia necessaria

Ad Contra. Principia demonstrationum que fiunt de generabilibus et
 corruptibilibus sunt p̄tingentia, ergo solo falsa. Quicquid probatur
 quia definitōes que sunt media demonstrationum physicialium materiales
 sunt et dantur de forma in materia, sed que sunt in materia mutabilia et cō-
 tingentia sunt. Maior p̄bat p̄ p̄m p̄mo de anima, vbi ostendit definitio-
 nes logicales esse ad demonstratōes vanas et inutiles in physicis, ex hoc q̄
 dantur de formis abstractis. Minor est nota, quia materia est principium
 transmutationis et radix p̄tingentie Solo, licet physicus definiendo aut
 demonstrando non abstrahit formam a materia, eo q̄ tractat de his que
 extra materiam nec nomen nec rationem habent nisi equiuoce, sicut os caro
 nervus plante animalia et partes earum. Abstrahit t̄m v̄le ab ip̄o p̄riculari
 hoc t̄m differēter s̄m grad⁹ maioris vel minoris v̄lrat̄is

Querit Quid est subiectū in hac sciētia Solo alter, corpus
 mobile ad formam simplicis elemēti, vel corpus simplex
 s̄m suum esse transmutabile quod idem est. Probat, q̄ corpus mobile ad
 formam simplicis elemēti ambit p̄dicabiliter omnia subiecta naturalium
 transmutationū et p̄ differentias illoꝝ subijcit appropriate singulis passioni-
 bus aut motibus in hac scientia quesitis.

Ad Subiectum scientie debet abire et p̄tinere omnia que consideran-
 tur in scientia sed corpus mobile ad formam simplicis elemēti nō